Appendix ad Rituale Romanum ex manuali Toletano

Exorcismus contra imminentem tempestatem fulgurum et grandinis

(Exorcism against imminent storm of lightning and hail)

Per signum + crocis de inimicis + nostris libera nos. + Deus noster. In nomine Patris. + et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.
Credo in Deum... Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleison. Paternoster...

V: Adjutorium nostrum in nomine Domini. R: Qui fecit cælum et tenam
V: Sit nomen Domini benedictum. R: Ex hoc nunc et usque in sæculum.
V: Exsûrgat Deus, et dissipéntur inimici ejus. **R:** Et libera nos propter nomen tuum.
V: Domine, exaudi orationem meam. **R:** Et clamor meus ad te véniat.
V: Dominus vobiscum. **R:** Et cum spiritu tuo.

Oremus:
Domine Jesu Christe, qui fecisti cælum et terram, mare, et omnia quae in eis sunt; quique flmnini Jordani benedixisti, atque in eo baptizari voluisti, et tuas sanctissimas manus, et bracilia sacratissima in croce extendisti, quibus âërem sanctificasti: obsecramus immensam pietatis et bonitatis tuae abundantiam, quatenus has nubes, quas ante me, et post me. et supra me. a dextris, et a sinistris, video âërem perturbare, dissolvere et annihilare digneris, ut alligata potestas daemonum impie desæviéntium deficiat, et turbetur ad laudem tui sanctissimi nominis, et potentissimæ majestatis tuæ: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti. Deus, per omnia saecula saeculorum.
R: Arnen

(Postea conversus ad nubes signet eas signo Crucis, dicens. Afterwards having turned towards the clouds he will sign them with the sign of the cross saying...)

Circmndet te. nubes. Deus + Pater. Circmndet te Deus + Filius. Circmndet te Deus Spiritus + Sanctus. Déstruat te Deus + Pater. Déstruat te Deus + Filius. Déstruat te Deus Spiritus + Sanctus. Comprimat te Deus + Pater. Comprimat te Deus + Filius. Comprimat te Deus Spiritus + Sanctus. Arnen.

Obsecratio Sanctus Matthæus. sanctus Marcus, sanctus Lucas, sanctus Joannes Evangelista, qui Christi Evangelium per quator mundi partes divulgarunt, ipsi suis meritis et precibus hanc tempestatem a termino isto, et ab omnibus cliristianorom finibus ab eodem Domino nostro Jesu Christo obtineant effugari, et depélli.

Exorcismus:

Et ego peccator, et Cliristi Sacerdos (seu minister), licet indignus, auctoritate, et virtute eihsdem Dei et Domini nostri Jesu Cliristi summi Imperatoris, non mea potentia innixus, et confisus, vobis praecipio, immundissimi spiritus, qui has nubes seu nebulas concitatis, in virtute eiùsdem Dei et Domini nostri Jesu Cliristi. per + sanctissimam ejus incarnationem, per sanctam nativitatem, per baptismum et jejhnium ipsius, per ejus sanctissimam crucem + et passionem, per sanctam resurrectionem, per admirabilem ascensionem, per tremendum adventum ejus, et judicium, per merita intemerâtæ sempérque virgnis Mariae, et sanctissimi N. et per merita omnium Sanctorum, ut exeatis ab eis et eas dispergatis in locis silvestribus et incultis; quatenus nocére non possint hominibus, animalibus, fructibus, herbis, arboribus, aut quibusciimque rebus humanis usibus deputatis. Per eiindem Dominum nostrum Jesum Christum, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem. R: Arnen

Ipse vobis imperat, qui has nubes commovétis, de quo de nube lilcida dictum est: Hic est Filius meus diléctus. in quo milii bene complacui. + Ipse vobis imperat, qui sua sacratissima cruce, et corporis sui sanctissimi in ea extensione âërem purgâvit. + Ipse vobis imperat, qui per mortem suam vos. principem vestrum, mortémque devicit, et ligavit, atque ætémæ gehénnæ mancipâvit ignibus. + Ipse vobis imperat, qui infémo spoliâto, surréxit a mortuis. + Ipse vobis imperat, qui post quadraginta dies nube susceptus.

virtûte sua ascéndit in cælum. + Ipse imperat, qui ventûrus est judicare vivos et môrtuos. et sæculum per ignem. R: Amen.

Postea ostendat Crucem in àëra, dicens', (afterwards let him show the Cross in the air saying:)

Ecce lignum sanctissimæ crucis: frigite, partes advérsæ: vicit enim vos et mundum Dominus noster Jesus Christus Filius Dei. Imperator summus. Leo de tribu Juda. Radix David.

Postea aqua benedicta in modum + aspergat quatuor latera. Dicendæ sunt *Litaniæ,* si nondum quievit tempestas. Symbolum *Quicumque vult.* Antiphona *Salve Regina,* et *Sub tuum præsidium.* Canticum *Benedicite omnia* cum V. Gloria Patri in quolibet Versu dicti Cantici, deinde: (Afterwards let blessed water be sprinkled in the sign of the cross in 4 directions. If the storm lias not yet stopped, the *Litany of the Saints,* the *Athanasian Creed,* the *Hail Holy Queen,* and the *We Fly to Thy Protection,* the Canticle *O all ye Works,* with the verse *Glory be,* in whatever verse of the said Canticle, then:)

V: Benedicamus Patrem, et Filium, cum Sancto Spiritu. **R:** Laudémus. et superexaltémus eum in sæcula.
V: Ora pro nobis, sancta Dei Génitrix. **R:** Ut digni efficiamur promissionibus Christi.
V: Exsrirge, Christe, adjuva nos. **R:** Et libera nos propter nomen tuum.
V: Domine exaudi orationem meam. **R:** Et clamor meus ad te véniat.
V: Dominus vobiscum. **R:** Et cum spiritu tuo.

Oremus.
Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei, ætémæ Trinitâris gloriam agnoscere, et inpoténtia majestatis adorare Unitatem: quæsumus, ut ejusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur advérsis.

Protege. Domine, famulos tuos subsidiis pacis, et beâtæ Mariæ semper virginis patrocinio confidéntes a cunctis hostibus, et periculis redde secriros.

A domo tua. quæsumus. Domine, spiritales nequitiae repellantur, et aëreârum discédat malignitas tempestatum.

Ad te nos. Domine, clamantes exaudi, et âëris serenitatem nobis tribue supplicantibus; ut qui juste pro peccatis nostris affligimur, misericordia tua præveniénte. clementiam sentiamus.

Largire et conservare fructus terræ dignare. Domine Deus noster, ut temporalibus gaudeamus auxiliis, et proficiamus spiritualibus increméntis. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen

(Potest dici et Oratio illius Sancti, in cujus honore constructa est ecclesia, et aliorum Sanctorum, in quibus plus de eorum adjutorio confidimus propter specialem devotionem nostram. Possunt dici et aliæ etiam devotæ orationes cum compunctione, et cordis contritione, implorando semper misericordiam Dei. Et si adhuc tempus tempestuosum perseveraverit, poterunt supradicta pluries repeti. The Oration of that Saint in whose honor the Church was constructed is able to be said, and of other Saints in whom we confide more in their assistance on account of our special devotion. Also, there are able to be said other devout prayers with compunction and a contrite heart, imploring always the mercy of God. And if there the tempestuous weather still remains, the above said are able to be many times repeated.)

Credo in Deum, Patrem omnipotentem. Creatorem cæli et terræ. Et in Jesum Christum, Filium ejus unicum. Dominum nostrum : qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, et sepiiltus : descendit ad inferos ; tertia die resurrexit a mortuis ; ascendit ad cælos ; sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis : inde venturus est judicare vivos et mortuos. Credo in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam. Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, camis resurrectionem, vitam ætemam. Anien.

Pater noster, qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnmn tuum. Fiat vohintas tua, sicut in caelo et in terra. Panem nostram quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem : sed libera nos a malo. Amen.

Lianiae Sactoram:

V. Kyrie, eléison.
R. Christe, eléison.
V. Kyrie, eléison.

V. Christe, audi nos.
R. Christe, exaudi nos.

V. Pater de cælis, Deus.
R. Miserere nobis.

V. Fili, Redemptor mundi, Deus.
R. Miserere nobis.

V. Spiritus Sancte, Deus.
R. Miserere nobis.

V. Sancta Trinitas, unus Deus.
R. Miserere nobis.-

V. Sancta Maria.
R. Ora pro nobis.

V. Sancta Dei Genitrix.
R. Ora pro nobis.

V. Sancta Virgo virginum.
R. Ora pro nobis.-

V. Sancte Michael.
R. Ora pro nobis.

V. Sancte Gabriel.
R. Ora pro nobis.

V. Sancte Raphael.
R. Ora pro nobis.

℣. Omnes sancti Angeli et Archangeli.
℟. Orate pro nobis.

℣. Omnes sancti beatorum Spirituum ordines.
℟. Orate pro nobis.-

℣. Sancte Joannes Bapista.
℟. Ora pro nobis.

℣. Sancte Joseph.
℟. Ora pro nobis.

℣. Omnes sancti Patriarchæ et Prophetæ.
℟. Orate pro nobis.-

℣. Sancte Petre.
℟. Ora pro nobis.

℣. Sancte Paule.
℟. Ora pro nobis.

℣. Sancte Andrea.
℟. Ora pro nobis.

℣. Sancte Jacobe.
℟. Ora pro nobis.

℣. Sancte Joannes.
℟. Ora pro nobis.

℣. Sancte Thoma.
℟. Ora pro nobis.

℣. Sancte Jacobe.
℟. Ora pro nobis.

℣. Sancte Philippe.
℟. Ora pro nobis.

℣. Sancte Bartholomæe.
℟. Ora pro nobis.

℣. Sancte Matthæe.
℟. Ora pro nobis.

℣. Sancte Simon.
℟. Ora pro nobis.

℣. Sancte Thaddæe.
℟. Ora pro nobis.

℣. Sancte Matthia.
℟. Ora pro nobis.

℣. Sancte Barnaba.
℟. Ora pro nobis.

℣. Sancte Luca.
℟. Ora pro nobis.

℣. Sancte Marce.
℟. Ora pro nobis.

℣. Omnes sancti Apostoli et Evangelistæ.
℟. Orate pro nobis.

℣. Omnes sancti Discipuli Domini.
℟. Orate pro nobis.

℣. Omnes sancti Innocentes.
℟. Orate pro nobis.-

℣. Sancte Stephane.
℟. Ora pro nobis.

℣. Sancte Laurenti.
℟. Ora pro nobis.

℣. Sancte Vincenti.
℟. Ora pro nobis.

℣. Sancti Fabiane et Sebastiane.
℟. Orate pro nobis.-

℣. Sancti Joannes et Paule.
℟. Orate pro nobis.

℣. Sancti Cosma et Damiane.
℟. Orate pro nobis.

℣. Sancti Gervasi et Protasi.
℟. Orate pro nobis.

℣. Omnes sancti Martyres.
℟. Orate pro nobis.-

℣. Sancte Silvester.
℟. Ora pro nobis.

℣. Sancte Gregori.
℟. Ora pro nobis.

Sancte Ambrosi.
℟. Ora pro nobis.

℣. Sancte Augustine.
℟. Ora pro nobis.

℣. Sancte Hieronyme.
℟. Ora pro nobis.

℣. Sancte Martine.
℟. Ora pro nobis.

℣. Sancte Nicolaë.
℟. Ora pro nobis.

℣. Omnes sancti Pontifices et Confessores.
℟. Orate pro nobis.

℣. Omnes sancti Doctores.
℟. Orate pro nobis.-

℣. Sancte Antoni.
℟. Ora pro nobis.

℣. Sancte Benedicte.
℟. Ora pro nobis.

℣. Sancte Bernarde.
℟. Ora pro nobis.

℣. Sancte Dominice.
℟. Ora pro nobis.

℣. Sancte Francisce.
℟. Ora pro nobis.

℣. Omnes sancti Sacerdotes et Levitæ.
℟. Orate pro nobis.

℣. Omnes sancti Monachi et Eremitæ.
℟. Orate pro nobis.-

℣. Sancta Maria Magdalena.
℟. Ora pro nobis.

℣. Sancta Agatha.
℟. Ora pro nobis.

℣. Sancta Lucia.
℟. Ora pro nobis.

℣. Sancta Agnes.
℟. Ora pro nobis.

℣. Sancta Cæcilia.
℟. Ora pro nobis.

℣. Sancta Catharina.
℟. Ora pro nobis.

℣. Sancta Anastasia.
℟. Ora pro nobis.

℣. Omnes sanctæ Virgines et Viduæ.
℟. Orate pro nobis.

℣. Omnes Sancti et Sanctæ Dei.
℟. Intercedite pro nobis.-

℣. Propitius esto.
℟. Parce nobis, Domine.

℣. Propitius esto.
℟. Exaudi nos, Domine.-

℣. Ab omni malo.
℟. Libera nos, Domine.

℣. Ab omni peccato.
℟. Libera nos, Domine.

℣. Ab ira tua.
℟. Libera nos, Domine.

℣. A subitanea et improvisa morte.
℟. Libera nos, Domine.-

℣. Ab insidiis diaboli.
℟. Libera nos, Domine.

℣. Ab ira, et odio, et omni mala voluntate.
℟. Libera nos, Domine.-

℣. A spiritu fornicationis.
℟. Libera nos, Domine.

℣. A fulgure et tempestate.
℟. Libera nos, Domine.

℣. A flagello terræmotus.
℟. Libera nos, Domine.-

℣. A peste, fame et bello.
℟. Libera nos, Domine.

℣. A morte perpetua.
℟. Libera nos, Domine.-

℣. Per mysterium sanctæ Incarnationis tuæ.
℟. Libera nos, Domine.

℣. Per adventum tuum.
℟. Libera nos, Domine.

℣. Per nativitatem tuam.
℟. Libera nos, Domine.

℣. Per baptismum et sanctum jejunium tuum.
℟. Libera nos, Domine.-

℣. Per crucem et passionem tuam.
℟. Libera nos, Domine.

℣. Per mortem et sepulturam tuam.
℟. Libera nos, Domine.-

℣. Per sanctam resurrectionem tuam.
℟. Libera nos, Domine.

℣. Per admirabilem ascensionem tuam.
℟. Libera nos, Domine.

℣. Per adventum Spiritus Sancti Paracliti.
℟. Libera nos, Domine.

℣. In die judicii.
℟. Libera nos, Domine.-

℣. Peccatores.
℟. Te rogamus, audi nos.-
℣. Ut nobis parcas.
℟. Te rogamus, audi nos.-
℣. Ut nobis indulgeas.
℟. Te rogamus, audi nos.-

℣. Ut ad veram pœnitentiam nos perducere digneris.
℟. Te rogamus, audi nos.-

℣. Ut Ecclesiam tuam sanctam regere et conservare digneris.
℟. Te rogamus, audi nos.-

℣. Ut domnum Apostolicum et omnes ecclesiasticos ordines in sancta religione conservare digneris.
℟. Te rogamus, audi nos.-

y. Ut inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris.
r . Te rogamus, audi nos,-

y, Ut regibus et principibus Christianis pacem et veram concordiam donare digneris.
r . Te rogamus, audi nos,-

y. Ut cuncto populo Christiano pacem et unitatem largiri digneris.
r . Te rogamus, audi nos,-

y. Ut omnes errantes ad unitatem Ecclesiæ revocare, et infideles universos ad Evangelii lumen perducere digneris.
r . Te rogamus, audi nos,-

y. Ut nosmetipsos in tuo sancto servitio confortare et conservare digneris.
r . Te rogamus, audi nos,-

y. Ut mentes nostras ad cælestia desideria erigas.
r . Te rogamus, audi nos,-

y. Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas.
R. Te rogamus, audi nos,-

y. Ut animas nostras, fratrum, propinquorum et benefactorum nostrorum ab ætema damnatione eripias.
R, Te rogamus, audi nos,-

y. Ut fructus terræ dare et conservare digneris.
R. Te rogamus, audi nos.-

V. Ut omnibus fidelibus defunctis requiem ætemam donare digneris.
R. Te rogamus, audi nos.-

y. Ut nos exaudire digneris.
r . Te rogamus, audi nos.-

V. Fili Dei.
R. Te rogamus, audi nos,-

V. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.
R. Parce nobis. Domine.-

y. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.
R. Exaudi nos. Domine.-

V. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.
R. Miserere nobis.-

V. Christe, audi nos.
R. Christe, exaudi nos.

V. Kyrie, eléison.
R. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Pater noster.
secreto usque ad
V. Et ne nos indûcas in tentaticmem.
R. Sed libera nos a malo. -

Psalmus 69. *Deus, in adjutorium*

Deus, in adjutorium meum intende : * Domine ad adjuvandum me festina.
2 Confundantur et revereantur, * qui quærunt animam meam.
3 Avertantur retrorsum, et erubescant, * qui volunt milii mala.
4 Avertantur statim erubescentes, * qui dicunt milii : Euge, euge.
5 Exsultent et lætentur in te omnes qui quærunt te, * et dicant semper : Magnificetur Dominus : qui diligunt salutare tuum.
6 Ego vero egenus, et pauper sum : * Deus, adjuva me.
7 Adjutor meus, et liberator meus es tu : * Domine, ne moreris.
8 Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.
9 Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in sæcula sæculôrum. Arnen. -

V. Salvos fac servos tuos.
R. Deus meus, sperantes in te.

V. Esto nobis. Domine, turris fortitudinis.
R. A facie inimici.

V. Nihil proficiat inimicus in nobis.
R. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.-

V. Domine, non secundum peccata nostra facias nobis.
R. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

V. Oremus pro Pontifice nostro **N.**
R. Dominus conservet eum. et vivificet eum. et beatum faciat eum in terra, et beatum faciat eum in terra, et non tradat eum in animam inimicorum ejus.

Vacante Apostolica Sede. Versus cum suo Responsorio præteritur -

V. Oremus pro benefactoribus nostris.
R. Retribuere dignare. Domine, omnibus, nobis bona facientibus propter nomen tuum, vitam ætemam. Amen.

V. Oremus pro fidelibus defunctis.
R. Requiem ætemam dona eis. Domine, et lux perpetua luceat eis,-

V. Requiescant in pace.
R. Arnen.

V. Pro fratribus nostris absentibus.
R. Salvos fac servos tuos. Deus meus, sperantes in te,-

V. Mitte eis. Domine, auxilium de sancto.
R. Et de Sion tuere eos.

V. Domine, exâudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.-

Oremus. Oratio

Deus, cui proprium est misereri semper et parcere : suscipe deprecationem nostram ; ut nos. et omnes famulos tuos, quos delictonun catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absolvat.-

Exaudi, quæsumus. Domine, supplicium preces, et confitentium tibi parce peccatis : ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus et pacem.-

Ineffabilem nobis. Domine, misericordiam tuam clementer ostende : ut simul nos et a peccatis omnibus exuas, et a poenis, quas pro lus meremur, eripias.-

Deus, qui culpa offenderis, poenitentia placaris : preces populi tui supplicantis propitius respice ; et flagella tuæ iracundiæ. quæ pro peccatis nostris meremur, averte.-

Omnipotens sempiterne Deus, miserere famulo tuo Pontifici nostro N., et dirige eum secundum tuam clementiam in viam salutis ætemæ : ut. te donante, tibi placita cupiat, et tota virtute perficiat.-

Deus, a quo sancta desideria, recta consilia et justa sunt opera : da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem ; ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et. hostium sublata formidine, tempora sint, tua protectione, tranquilla.-

Ure igne Sancti Spiritus renes nostros et cor nostrum, Domine : ut tibi casto corpore serviamus, et mundo corde placeamus.-

Fidelium. Deus, omnium conditor et redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum : ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur.-

Actiones nostras, quæsumus. Domine, aspirando præveni et adjuvando prosequere : ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat et per te cœpta finiatur.-

Omnipotens sempiterne Deus, qui vivorum dominaris simul et mortuorum, omnimnque misereris quos tuos fide et opere futuros esse prænoscis : te supplices exoramus ; ut. pro quibus effundere preces decrevimus, quosque vel præsens sæculum adhuc in came retinet vel futurum jam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuæ clementia, omnium delictonun suorum veniam consequantur. Per Dominum nostrum Jesum Christum. Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti. Deus, per omnia sæcula sæculorum.
R. Amen,-

V. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

V. Exaudiat nos omnipotens et misericors Dominus.
R. Arnen.

V. Et fidelium animæ f per misericordiam Dei requiescant in pace.
R. Amen.-

1 ***Quicumque vult*** salvus esse. * ante omnia opus est. ut teneat catholicam fidem:
2 Quam nisi quisque integram inviolatamque servaverit. * absque dubio in aeternum peribit.
3 Fides autem catholica hæc est: * ut unum Deum in Trinitate, et Trinitatem in unitate veneremur.
4 Neque confundentes personas. * neque substantiam separantes.
5 Alia est enim persona Patris, alia Filii. * alia Spiritus Sancti:
6 Sed Patris, et Filii, et Spiritus Sancti una est divinitas. * æqualis gloria, coetema majestas.
7 Qualis Pater, talis Filius. * talis Spiritus Sanctus.
8 Increatus Pater, increatus Filius. * increatus Spiritus Sanctus.
9 Immensus Pater, immensus Filius. * immensus Spiritus Sanctus.
10 Ætemus Pater, aeternus Filius. * aeternus Spiritus Sanctus.
11 Et tamen non tres aeterni. * sed unus ætemus.
12 Sicut non tres increati. nec tres immensi, * sed unus increatus. et unus immensus.
13 Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius. * omnipotens Spiritus Sanctus.
14 Et tamen non tres omnipotentes. * sed unus omnipotens.
15 Ita Deus Pater, Deus Filius. * Deus Spiritus Sanctus.
16 Ut tamen non tres Dii. * sed unus est Deus.
17 Ita Dominus Pater, Dominus Filius, * Dominus Spiritus Sanctus.
18 Et tamen non tres Domini. * sed unus est Dominus.
19 Quia, sicut singillatim unamquamque personam Deum ac Dominum confiteri Christiana veritate compellimur: * ita tres Deos aut Dominos dicere catholica religione prohibemur.
20 Pater a nullo est factus: * nec creatus, nec genitus.
21 Filius a Patre solo est: * non factus, nec creatus, sed genitus.
22 Spiritus Sanctus a Patre et Filio: * non factus, nec creams, nec genitus, sed procedens.
23 Unus ergo Pater, non tres Patres: unus Filius, non tres Filii: * unus Spiritus Sanctus, non tres Spiritus Sancti.
24 Et in hac Trinitate nihil prius aut posterius, niliil majus aut minus: * sed totæ tres personæ coætemæ sibi sunt et coæquales.
25 Ita ut per omnia, sicut jam supra dictum est. * et unitas in Trinitate, et Trinitas in unitate veneranda sit.
26 Qui vult ergo salvus esse. * ita de Trinitate sentiat.
27 Sed necessarium est ad ætemam salutem, * ut Incarnationem quoque Domini nostri Jesu Christi fideliter credat.
28 Est ergo fides recta ut credamus et confiteamur, * quia Dominus noster Jesus Chrisms, Dei Filius. Deus et homo est.
29 Deus est ex substantia Patris ante sæcula genitus: * et homo est ex substantia matris in sæculo natus.
30 Perfectus Deus, perfectus homo: * ex anima rationali et humana came subsistens.
31 Æqualis Patri secundum divinitatem: * minor Patre secundum humanitatem.
32 Qui licet Deus sit et homo. * non duo tamen, sed unus est Christus.
33 Unus autem non conversione divinitatis in carnem, * sed assumptione humanitatis in Deum.
34 Unus omnino, non confusione substantiæ. * sed unitate personæ.
35 Nam sicut anima rationalis et caro unus est homo: * ita Deus et homo unus est Christus.
36 Qui passus est pro salute nostra: descendit ad inferos: * tertia die resurrexit a mortuis.
37 Ascendit ad cælos. sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: * inde venturus est judicare vivos et mortuos.
38 Ad cujus adventum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis; * et reddituri sunt de factis propriis rationem.
39 Et qui bona egerunt, ibunt in vitam ætemam: * qui vero mala, in ignem ætemum.
40 Hæc est fides catholica. * quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit.
41 Gloria Patri, et Filio. * et Spiritui Sancto.
42 Sicut erat in principio, et nunc, et semper. * et in sæcula sæculorum. Amen.

Salve Regina, Mater misericordiae; vita, dulcedo et spes nostra, salve. Ad te clamamus exsules filii Hevae. Ad te suspiramus geméntes et flentes, in hac lacrimarum valle. Eja ergo, advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos converte. Et Jesmn, benedictum fructum ventris tui. nobis post hoc exsilium ostende. O clemens, o pia o dulcis Virgo Maria.

Sub tuum praesidium confugimus sancta Dei Genetrix. Nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus sed a periculis cunctis libera nos semper, Virgo gloriosa et benedicta.

1 ***Benedicite, omnia*** opera Domini, Domino: * laudate et superexaltate eum in sæcula.
2 Benedicite, Angeli Domini, Domino: * benedicite, cæli, Domino.
3 Benedicite, aquæ omnes, quæ super cælos sunt, Domino: * benedicite, omnes virtutes Domini, Domino.
4 Benedicite, sol et luna, Domino: * benedicite, stellæ cæli, Domino.
5 Benedicite, omnis imber et ros, Domino: * benedicite, omnes spiritus Dei, Domino.
6 Benedicite, ignis et æstus, Domino: * benedicite, frigus et æstus, Domino.
7 Benedicite, rores et pruina, Domino: * benedicite, gelu et frigus, Domino.
8 Benedicite, glacies et nives, Domino: * benedicite, noctes et dies, Domino.
9 Benedicite, lux et tenebræ, Domino: * benedicite, fulgura et nubes, Domino.
10 Benedicat terra Dominum: * laudet et superexaltet eum in sæcula.
11 Benedicite, montes et colles, Domino: * benedicite, universa germinantia in terra. Domino.
12 Benedicite, fontes. Domino: * benedicite, maria et flumina. Domino.
13 Benedicite, cete, et omnia, quæ moventur in aquis, Domino: * benedicite, omnes volucres cæli, Domino.
14 Benedicite, omnes bestiæ et pecora, Domino: * benedicite, filii hominum, Domino.
15 Benedicat Israel Dominum: * laudet et superexaltet eum in sæcula.
16 Benedicite, sacerdotes Domini, Domino: * benedicite, servi Domini, Domino.
17 Benedicite, spiritus, et animæ justorum, Domino: * benedicite, sancti et humiles corde, Domino.
18 Benedicite, Anania, Azaria, Misael, Domino: * laudate et superexaltate eum in sæcula.